



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 629/22/I

B E A T I S S I M E P A T E R ,

Diaconus Lucas Gelnar, qui ad sacrum promovebitur presbyteratum, humiliter plenariam implorat Indulgentiam pro fidelibus qui, vere paenitentes atque caritate compulsi, sese sacramentali Confessione purificantes et SS.ma Eucharistia reficientes, preces demum ad mentem eiusdem Sanctitatis Tuae pie fundentes, primae coram populo Oratoris Missae devote interfuerint.

Et Deus, etc.

Die XXVII Maii MMXXII

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, de mandato SS.mi Patris Francisci, propositis precibus libenter annuit.

Ita fideles ad supernaturales virtutes, praesertim Fidei, Spei et Caritatis, magis semper in actum vitae traducendas instimulabuntur et solidabunt suam communionem cum Romano Pontifice, totius Catholicae Ecclesiae unitatis visibili fundamento.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Maurus Card. Piacenza
MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel
CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens